

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Canonis missae contra Hvldricvn Zvinglivm. Defensio**

**Emser, Hieronymus**

**[Straßburg], 1524**

**VD16 E 1105**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-291012](#)

## Z V I N G L I V S.



R I N C I P I O igit̄ de nomen clatura dicam,  
Canona regulā esse, non puto qui ignoret. Verū  
vbi aut quo tempore, id nominis inuenierit, id  
vero omnes ignorare arbitror. E M S E R

Inepta consecutio est, Zuingli<sup>9</sup> hoc ignorat, ergo nemo il  
lud nouit. Nec sequitur Zuinglius hoc omnes ignorare ar  
bitratur : ergo omnes ignorant.

Nolim tamē ipsum etiam Zuinglium ob peccati hoc ig  
norantie suae quantū vis crassæ & supinæ, Romā usq; fatiga  
re, sed ipse eum mox infra ab omni scrupulo absoluam.

## Z V I N G L I V S.

Cum n. Gregorios inueniam<sup>9</sup> & Alexandros Leones ac  
Sergios Ro. Pon. quædā in eo statuisse, qui tamē varijs tem  
porum interuallis inter se distincti sunt. Videre nequeo, quo  
modo factum sit, vt merito canonis nomen sortiretur.

E M S E R.

Talpa ergo est ipse etiā Zuingli<sup>9</sup> qui videre nequit, quod  
omnes videmus vñ regulis illis cancellarię Apostolice in  
quib<sup>9</sup> toties fere noui quid statuit quoties nouus Pontifex  
eligitur. Et tamē nomen regulę non amittunt.

Verū vt Lutherò etiā paulo ante respōdimus, ea quæ Pon  
tificibus his tribuunt in missa, nō tam ipsi primū statuerunt,  
q; ex Apostolorū traditione acceptat publice seruāda deman  
darunt, aut minutulū quid immutarūt. Quemadmodū n.  
Moïses circumcisōnem instituisse dicit, cum tamē longo ante  
(ip̄sius videlicet Abrahæ) tempore tradita fuerit, De q; Chris  
tus Iohannis. viij. Moïses dedit vobis circumcisōnem nō quia  
ex Moïse sed ex patrib<sup>9</sup> est. Ita Gregorius orationē dominicā  
in missa instituit edicīt. Non q; ille primū hanc instiūterit vt  
ipse de se fatet in registro lib. vij. cap. lxij, sed quia aliquid cir  
ca eam immutauit. Nam cun̄ antea apud græcos ab omni po

pulo diceret (quemadmodum & Kyrie eleison) Gregorius statu  
it, ut sacerdos eam solus in missa decataret. Sic Celestinus Psal  
mos, Sic Leo pacis osculum. Sic etiam Alexander & Gelasius  
pleraque in missa statuisse dicuntur, non quod a Gregorio, Celestino  
Leone, Alexandro aut Gelasio primi: sed ab Apostolis iam  
antea tradita fuerint.

### ZVINGLIVS.

Nam si ante Gregorij tempora Cano appellatus est, debu  
it religio vetare quicunque addi, ad regulam. n. quis est qui addi ali  
quid oportere credat?

### EMSER.

Ante Gregorium Canonem fuisse. argumeto id est quod Greg  
gorius in registro ubi supra eundem citatur, canonemque appellat  
Scholasticum vocans non primum ipsius coditorum sed eum quod auc  
toritate Gelasii Papae amputato plenitatis fastidio & immo  
dica martyrum nomencatura) canonem, ut infra dicitur, emendauit.

Quod autem religiosum Zuinglius esse putat ad regulam aliquod  
addi, inscicie ipsius nota est. Nam si vel textum ipsum Pandectarum  
vel Bartholos ac Baldus seu Dynos legisset de regule Iuris, dis  
dicisset utique multa ad regulam addi oportere. Aut si ista conte  
nunt: Lesben saltet ad nauigasset. Nam illic quoque nulla religio  
prohibet fabros regulam suam intendere vel remittere, & lapidis  
potius adaptare (ubi causa subsistit) quod lapide regule. Id quod Aris  
stoteles etiam docet Politicorum tertio. Et Budensis imparabilis  
eruditio vir in principio Pandectarum suarum mira nobilitauit.

Romanii igitur Pontifices instar Lesbi regule se habent. Qui  
siue quod addant, siue adimant, suo id iure faciunt, cum potestas  
tem adeo acceperint ligandi ac soluendi tam in celo quam  
in terra.

### ZVINGLIVS.

Nam si cuique licet adiungere quod videtur, libebit nimis &  
ab iungere quod displicet.

### EMSER.

Non continuo cuique licet. si quid Romanis Pontificibus  
licet. Quale. n. scelus sit summi sibi sacerdotis munus usur  
pare. Daton & Abyron exemplo horribiliter ad posteros trans  
miserunt.

### ZVINGLIVS.

Additum quod omnia in eo scripta inferiorem Gregorio etatem potius resipiunt quam superiorē. Quin audacter dicam. Si Gregorio fuisset hic canon oblatus nunquam quicquam additum fuisse arbitror: sed vel immutaturū vel reiectus rum, tanta est eius tum Barbaries tum rusticitas.

EMSER.

Barbara ac rustica quadam arrogātia, Barbarie ac rusticī tatis Canonem arguit. Qui siue ante siue post Gregorium natus sit (id. n. iam ante audiūm), & latius paulo infra discutiemus) a casta tamē & genuīna latini sermonis cōsuetudine non abhorret. Līcet pīcturātē illius eloquentiē Flosculis non lasciuat. Qui etiam in precacionibus sanctis (in quibus tam ore q̄ corde humiliare se sacerdos debet) locū non habent,

ZVINGLIVS.

Platinæ reliquicq̄ scriptoribus hac in reparum tribui desbere arbitramur. EMER.

Et nos Zwinglio multo minus tribuimus. Qui ab amicis suis Lutherò ac alijs hunc morem didicit, ut auctores & libro quos sibi obuiare viderit, neget & repudiet. Sic enim infra etiam Ambrosij libros de sacramentis, Ambrosij esse negat eo quod ex quarto eius libro colligi possit, missam esse sacrificium, & tam missam quam Canonem tempore etiam Ambrosij in vsu fuisse publico.

At nescit miser, si etiam peruerterit libros illos de sacramentis non esse Ambrosij huius Mediolaensis: ex alijs tamen eiusdem Ambrosij libris probari posse, Canonem hunc seu regulam missę. tunc etiam in vsu fuisse. In epistolam n. Pauli prima Timoth. secundo sic scribit Ambrosius. Hęc regula ecclasiastica tradita est a magistro gentium qua vtuntur sacerdotes nostri ut pro omnibus supplicant: depcantes etiam pro regibus huius saeculi ut in pace positi in tranquillitate mentis & quiete domino nostro seruire possimus.

Ecce alium Ambrosij locum vbi Canonem ecclasiasticam

vocat regulam: in qua primum deo supplicamus ut vniuersam ecclesiam custodire ac pacificare dignetur: moxq; pro res ge singularem adiicimus clausulam.

Fallitur igit̄ Zuinglius qui Canonē nō solum īferiore Gregorio audacter pronunciat. Verum etiam infra paucos annos natum, multorūq; preculis non vndiquaq; pijs consularū cīnatum impudenter & indocte deblatterat.

At ignorat adhuc Zuinglius vbi aut quo tēpore Canonē nominis īnuenerit, Ducendus est igit̄ ad fontē, Apostoliz cam videlicet traditionē. a qua Canon simul cum missa ipsa traxit originem: testante sacra sexta Synodo: que (ut Lutherο etiā paulo ante respōdimus) totius missē ordinationē, in apostolorū rejecit tempora, Idem Isidorus testat in primo de origine officiorū libro. Vbi Canonē ī septem partes diuidens, sic tandem epilogat, Hæ sunt igit̄ (inquit) septem sacrificij orationes, commendatae Euangelica Aplicaç; doctrina: qui numerus institutus ab eis videt, vel propt: septenariā ipsius numeri vniuersitatē, vel septiformē sancti spiritus ḡram: cuius dono, ea que offeruntur, sanctificantur. Hac ille.

Canonem etiam appellare videſ Dionysius Areopagita ecclastice ſuę Ierarchię capite tertio. Vbi Apostolici missan di ritū describens: Scripture (inquit) idest tabule Canōis que nobis cōmemorant sanctā vitam ac beatū finem sanctorum patrum. Tunc n. nō solum nomina, sed & vita & mors sanctorum hoc loco cōmemorabantur: vt ītra latius ostēdam.

### Z VINGLIVS.

Alterū argumentū ad sumptionis est q; hunc Canonem necesse foret media īter Ambrosiū Gregoriumq; tempeſte cōflatum esse.

EM SER.

Multa quidē Zuinglius adsumit: nihil tamē horum firmat. Quin sibi ipse cōtradicit. Sup. n. īferiore Gregorio Canonem aſseruit: nunc superiorē facit: dum media īter Ambrosium & Gregoriū ētate conflatū dicit. Siquidem ducētiſ

B

Ambrosi⁹ annis ante Gregoriū viguit. Qualis igit̄ adsumptio: talis etiam cōsecutionis necessitas.

### Z V I N G L I V S.

Quid igit̄ attinet ei tam supstitione hērere cum etiam numerice Insubribus Ambrosij sui prescripto vti. Qui nunquid Christiani nō sunt? Et iterū, Verger hoc (inquit) ad ingens preiudicium Romanæ sedis: permittet. n. alijs Episcopis licere q̄ Ambrosio, nempe ut Romano Pōtifici suum sibi Canonem relinquant & quisq; apud se proprium condat.

### E M S E R.

Prescriptū hoc Ambrosij quo insubres vtuntur, non tam ad canonem attinet q̄ ad cantū. Qui licet a Gregoriano diversus sit. In substantialibus tamen missæ nulla est diuersitas. Nec Ambrosius ecclie Romane preiudicium fecit, q̄ eo tempore rerus quosdam & cantus a grecis mutuarit: qñ Gregorius nō dum natus erat. Nec insubriū exemplū in cōsequentia trahendū est: eo q̄ nō temere aut in contemptū ecclie Romane, sed eius permissione, & signo diuinitus ostendo Ambrosij sui vtantur ritibus.

Tempore. n. Caroli magni, quum cōtentio esset in ecclīs, quarū alia Gregorianū alia Ambrosianū sequebantur codicem. Et celebrato ob eam rem cōcilio ab Adriano primo, consuetudinem suam vtracq; pars mordicus tuere. Placuit tandem id diuine cōmittere iudicio. Vtriusq; igit̄ prescriptum (q̄ misse vulgo vocant) Gregorianū videlicet ac Ambrosianū, clausum, ac multorum episcoporum sigillis munitū; alteri. S. Petri imponentes: ipsiq; tota nocte orationi insistentes: mane vbi sacram̄ adem intrauerū: Missale sancti Gregorij folia tim per totam eccliam hinc inde dispersum: Ambrosij vero simpliciter ad apertum offenderunt eo loci vbi positum fuerat. Quo signo, interuentione beati Eugenij, diuinitus edocti sunt: ut Gregorianum quidē officium, per totum mundū dispergetur Ambrosianū vero in sua tantū ecclia seu dioceſi permane-

neret. Quod & auctoritate Caroli firmatū: & ab eo tempore  
in hūc piem vñq; ita obseruatū est: quemadmodū & in gestis  
Caroli & in vita dīcti beati Eugenij legimus.

Q; si historiam Zuīnglius reñcit. Auctoritate Sancti  
Ambrosij metuebor, qui cōrra Auxentiu hereticū scribens, p  
magno habuit ad historiā confugere, illā sc̄ de Petro īterro  
gante. Domine quo vadis & Ihesu respōdente. Vado Romā  
iterū crucifigi &c. Idem Augustin⁹ & Hieronymus nō raro  
consueuerunt. **Z V I N G L I V S.**

Quod missæ nomē quidam apud Capnionē reppererunt  
ab Hebraeis mutuo acceptū esse: hinc triumphant, verū quam  
impudēter audi. Capnion tradit missah oblationē esse quā  
superioribus inferiores exhibent: q; ipse quicq; munus psonale  
pbat esse: quale fuerit tributū De quo Christus aliquando  
interrogatus respondit. Cæsari prestari debere sua, & deo que  
eius essent. **E M S E R.**

Quin ipse Zuīnglius impudenter ac nequiter Capnioni  
calumniā substruit: nec sensum eius capit: nec verba probe  
citat. Nō dicit enim Capnion missah sed d̄ mūnus dīci ac  
debitū psonale. A quo per additionem ȝ litterae in fine ȝ ȝ ȝ  
hoc est missah deriutuer: significetq; oblationem non passim  
quam libet: sed eam quæ ppter ȝ ȝ hoc est munus ac debi  
tum psonale non cuius superiori, sed vero tantū domino pre  
stetur. Quod Capnion eruditè ad locū hunc euangelicum de  
reddendis Cæsari quæ Cæsarī sunt & deo quæ dei sunt, ap  
plicauit. Siquidem in hoc mūdo solus Imperator verus om̄  
nium dominus est. In vniuersum autem solus deus & rex re  
gum & dominus dominantium.

Vt autem clarius innotescat q; īdōcte Zuīnglius virum  
taxet cui matulam porrīgere vix dignus est: verba ipsius  
Zuīnglij(ne quid de nostro addidisse videamur)citabimus.

**Z V I N G L I V S.**  
Contra Capnionem.

B ij

**V**T hic cum homine doctissimo paulisper dissentiam. Si missa munus personale est quale ego non tributū modo sed donum etiam minutulum quo etiam num prīcīpēm suū quisq; in saturnalibus demeret, esse autum: quid opus fuit eucharistie id nominis ab Hebreis mutuare, quum certe pietas, etiam si eucharistiā donaremus oblationem esse, nūs q; admissura esset personale munus esse: nam quē comparatio tributi ad eucharistiam Verum ne hic hominem pīssimum erroris, coarguere voluisse censear, donabo ab hebreis donatum esse.  
EMSER.

Cum vmbra Capnionis tanq; larua cum mortuis velitās altera nunc manu panem illi ostendit: dum doctissimum vocat ac pīssimum: altera vero lapidem abscondit: dum nihilosecius impietatis eum damnat: ac impium esse ait missam dīci munus personle, quod tamen Capnionem afferuisse supra retulit. Donat igitur ab Hebreis mutuatū vocabulum: non donat tamen munus dīci posse personale: sicutq; in altero quis dem Capnionem liberat: vt in altero maioris longe momen-  
ti impietatis condemnatum relinquit.

Sicobantiam autem hanc ego tum propter communem mihi patrīam cum Capnione, Suetiam videlicet, tum quot a fratre eius Dionysio Tübinger olim primū grecē litteraturae rudimenta qdām hauserim, non feram. Nec res ipsa patitur. Siquidem toto coelo, & quidem foedissime Zwinglius errat: dum munus hic p. dono siue Saturnalicio siue quoctūq; alio positum esse autumat. Neq; enim saturnalia ipsa munera superioribus tantum, sed inferioribus etiā mittebantur (Vnde Suetonius in Augusto, Saturnalibus inquit & si quādo alia libuisset modo munera diuidebat modo nūmos omnis no te) Neq; Capnion (qui vt apud Romanos olim Q. Scuola: ita inter Germanos ille iuris peritorum sui temporis eloquētissimus: & eloquentiū iuris fuit peritissimus,) munus hic pro dono sed, pro debito seu obligatione accepit, quā quis, vero,

debet domino. Quā cum legulei homagium (quasi hominis ligiū) vocent: exoticā hanc vocem fugiēs vir latinissimus, munus potius seu debitum personale dicere voluit: quod quidē non in sola consistit tributū oblatione: sed etiam in seruicio & fidelitate, de quo Vide. xxij. q. v. canone de forma: & apud Speculatorēm titulō de Homagijs & feudis:

Quare cum in rebus humanis id fere sit homagiū, quod in diuinis est seruitus latrīæ (quemadmodū ēm̄ homo ligiū ut vocant, dōmino suo temporali: ita Christianus deo iurat, & sele obligat, eidem soli seruire, soli fidem seruare, soliqz contra omnes adherere &c. pulchre & erudite Capnion missæ vocabulum ab hēbreis mutuatū ac altarī mysterio impositum fuisse censuit: eo quod idem mysteriū (in quantum sacrificiū & oblatiō) etiā seruitus sit latrīæ: Vnde & grecis hoc est ministerium dicitur.

Hec p modulo & officio nostro in defensionē Capnionis nostri dixerim. Neqz ēm̄ dubito futuros qui ditiore vena & vberiore linguae peritia virū de toto orbe benemeritū, quicqz primus omniū tam grecas & hēbreas literas affatim in Germaniā intulerit, ab hac Zuinglij calūnia vindicaturi sint.

Ceterū non tam Capnioni quam nobis siue ecclasticis siue scholasticis Zwinglius irascit, eo q recens ac inconsulte (vt ipse putat) missæ nomine inuenierimus. quo ne o veterū vius sit, potiusqz oblationē seu eucharistiam adpellarint.

Quomodo autem recens esse potest, q Augustini, quod Gregoriū (vt hic taceam sanctā sextam Synodū, & alia consilia haud ita recentia) usurpasse legimus? Aut quomodo, quum grām iūtis istis liceat vni & eidem rei secundū varias eius prietates diuersa imponere nomina: ecclīæ id non licet. Quā alia ratione mysteriū hoc oblationem, alia eucharistiam, alia synaxim, alia item missam nuncupat.

Deniqz ipsius etiā Missæ vocabulū (si latinis acceptum referas) diuersa quidem ratione mysterio huic impositū est,

B ij

Alij em missam vocant, q̄ hostia per eam mittatur deo patri;  
Alij xero (quid mihi maḡ arridet) a mittēdo hoc est dimitten  
do v̄l extra mittēdo dictam afferūt: quemadmodū etiam mili  
tes mitti dicunt, cum v̄l emeriti a milicie laboribus absoluun  
tur v̄l flagiciosi a cōtubernio militari excludunt.

Vnde sicut duplex est militū missio, honesta sc̄z ac ignomī  
niosa. Ita & in missa primo flagiciosi illi ut sunt heretici schis  
matici & id genus execratorum, mittunt hoc est excluduntur  
dum sacrificiū sacerdos inhoat. Deinde vero completa iam  
missa, fidelis etiam populus ad sua quisq; dimittit.

Atq; hæc de missæ nomine: cuius cum res sit notissima fru  
stra de vocabulo altercamus. Maxime com ipse etiam aposto  
lus questiones ac pugnas verborū tanquam inutiles vitādas  
esse docuerit.

Z V I N G L I V S.  
Huius quicq; Lectorē admonitū volo q̄ non modo quæ  
perperam, tradita sunt: in canone, pditurus sum: sed etiam  
quæ bene.

EM SER.  
Si bene guardam in canone sunt tradita: qua fronte igit  
Zwinglius supra in epistola liminari thesanro eum cōparas  
uit: quem vbi aperias, nihil nisi carbones inuenias;

Z V I N G L I V S.  
Barbarismos ac Solocismos ad hunc usum indicabo: vt  
quibus rudius est iudicis paulatim videant non apud pris  
cos natum esse canonē apud quos eloquentię artificiū longe  
integrius erat.

EM SER.  
Neq; apud priscos om̄es Demosthenes aut Cicerōes fuere:  
& iam supra responsum est, in sacris p̄cationib; nō linguæ  
elegantiam, sed animi puritatē requiri. Indicabo tamē & ipse:  
cum illuc ventū fuerit, barbarismos seu solocismos istos poti  
us a Zwinglio illatos q̄ cum canone natos fuisse.

ARGUMENTVM ET  
ordo eorū quæ sequuntur.

**H**A C T F N V S velitare cum Zuinglio certamē quā  
Si pludū aliquid p̄misimus. Nunc xbi in arenā ipse  
etiam Canon descēdet: serio instauranda pugna est trifariam  
q̄ diuidenda castra: vt primo sub tentorijs velutī sub pacifici  
Salomonis pellibus Canon introducat nudus quidē & iner-  
mis, sola veritate subnixus. Deinde Zuingli' castra in eum  
moueat: tanquam uno eum impetu expugnaturus. Postres  
mo epicheresim siue conatū istum Zuingli, Emser aego cer-  
tis sui cornibus reprimat: & ab obſessione, hostiliq; in cursu  
canonem liberet.

**CANON.**

Te igitur clemētissime pater p̄ ihesum Christū filium tuū  
dominum nostrum supplices rogamus.

**Z V I N G L I V S.**

Recte precamur: cum per Christū patrī supplicamus:

**E M S E R.**

Non recte igit̄ Zuinglius supra obganijt, tot canonem  
istum habere impia, quot precationes, dominica tantū orati-  
one excepta. Et longe iniquius paulo infra. Hic est inquit ille  
canon: quem attractare nō licet: plenus infacia: infantia: im-  
pietates.

**CANON.**

Et petimus vt accepta habes & benedicas hæc dona hæc  
munera, hæc sancta sacrificia illibata.

**Z V I N G L I V S.**

Sed in cōſiderate nimis: hæc dona: hæc munera &c. Nam  
quæ ſunt, iſta dona de quibus hic fit mentio? Corpus ne &  
ſanguis Chr̄iſti? At iſta nondum adſunt, nam cōſecratio-  
nis verba (vt vocant) nō dum prolatā ſunt. Si vero hæc dona  
panis ſunt & vinū: quomodo iſti ſunt sacrificiū illibatum?  
Cum ſcholæ non admittant: vel ante ſacra verba ſacrificium  
eſſe, vel post illa panem & vinum.

**E M S E R.**

Accidit hoc Zuinglio quod Politiang iſti Lamie: vt ſc̄

qui in canone nostro tam cernit accentum: Domini suorum, id est in canonice a se edito, prorsus cecutiat. Numero enim xiiij. canonis sui species istas panis ac vini non dum consecrata corpus & sanguinem Christi vocat: quod in consideratus longe est quam si vel munera vel sacrificia dixisset.

Verum pro defensio ne canonis nostri Zwinglio respondet  
mus panem ac vinum etiam nondum consecrata, recte hic dicimus dona tum munera tum sacrificia illibata. Dona quidem quia a deo nobis data. Munera ergo etiam Christus munus vocat id quod altari imponitur. Math. v. Si offerunt inquit munus tuum ad altare &c. Sacrificia: quia deo in hostiam offeruntur. Illibata vero dicuntur non secundum hoc quod nunc sunt: sed secundum id quod mox futura sunt. Hoc est non secundum substantiam eorum, sed secundum significacionem. Significant enim corpus & sanguinem Christi illibatum: in qua maxime conuertenda veniunt.

At non placet Zwinglio ista glabendi rima sed quod pronomen hec monstraret seu significet id quod actutum fiet. Audiat igitur quomodo ipse etiam de minus, propter futurorum significacionem gentes vocat & populos eos qui non dum erant. Duo inquit populi in utero tuo sunt: & duae gentes diuident de ventre: & populus populum superabit: & maior seruiet minori. Vbi Iohannes episcopus. O veneranda inquit presencia dei: designantur in utrisque fratribus gentes: in utrisque populi declarantur: immo ipsi gentes & populi nuncupantur. Dicuntur enim parentes qui nec dum filiorum nomen acceperant. Appellantur patres qui natu non fuerant.

Eat igitur nunc Zwinglius & dicat: in considerate etiam ipsum deum gentes & populos vocasse eos, qui gentes & populi non dum erant: sed futuros mox populos & gentes designabant: quemadmodum panis & vini sacrificia hic dicuntur illibata: non quia iam sint, sed quia mox futura sint tam sancta quam illibata. **ZWINGLIUS.**

Deinde illud: hec sancta sacrificia illibata duplīci nomine  
taxari pōt. Primo quod sacrificia plurali nūero posita huic  
sententie obstant: qua scholē quoq; vnū esse sacrificiū admittit  
tunt: etiam si in locis innōeris todidemq; vīcībus offerat.

E M S E R.

Scholæ hoc dicunt de speciebus panis & vīni iam cōsecreta-  
tis. Vnum em̄ atq; idem sacrificiū tunc sub vtraq; specie con-  
tinetur. Ante tamen consecrationē (vt hic) pluraliter dicuntur  
sacrificia quia & diuersæ sunt species substantiarum, & diuer-  
sæ specierum substantiæ.

Nec scholas tamen offenderit, si quis etiam post consecrati-  
onem sacrificia pluralitatis numero dixerit: respectū sc̄z ha-  
bens, ad specierū ipsarum diuersitatem. Qua ratione etiam  
Paulus pluraliter ea citat dum Heb. v. dicit. Oñis pontifex  
pro hominibus assumptus: p hominib⁹ constituit in his que  
sunt ad deum: vt dona ac sacrificia p peccatis offerat.

Z V I N G L I V S.

Alterum: q; hīc in lingua latinam peccat: cum duo adiecti-  
ua citra copulam ad vnum substantiū alligantur.

E M S E R.

Quid si etiam quatuor alligarent: vt Therentianus alli-  
gat Hegio: Q; vos estis inquit potentes, dites fortunati no-  
biles. Duo etiam Ouidius iungit ep̄la. xix. Cur reus infelix  
absens agor: Duo item Virgilius quarto Georgicorū Qua-  
lis populea mērens philomela sub umbra. Non potest igitur  
peccatum esse nisi forte veniale (vt vocant) q; canon noster con-  
temptis triuialium criticorum istorum fordibus: exempla se-  
quuntur illustrium poetarū & oratorum qui pure & verelatine  
locuti sunt. Id quod etiam certissimum argumenū est: apud  
veteres natum esse canonem, & non apud sententiarios illos  
quibus Zuinglius eundem tribuit.

Z V I N G L I V S.

Conclūtius erat hīc p̄cari quod pater per Christum nobis

C

**H**unc panē & vinū animæ cibū faceret. **EMSER.**

Imo stultius adhuc nihil a Zuīnglio dictū est: q̄ quod id  
p̄cemur a deo patre vt panis & vinū nondū consecrati cibus  
fiant animæ. Quæ nisi in corpus & sanguinē domini cōuersi  
prius bñdīcendo fuerint: animæ cibus aut potus esse nō posse  
sunt. Atq̄ iccirco recte deū p̄camur, vt primo omniū ea benes  
dicat & sāntificet. Desinat igitur Zuīnglius sus mineruam  
docere.

**CANON.**

Im primis quæ tibi offerimus, p̄ eccl̄ia tua sancta catholica.  
**ZVINGLIVS.**

Pro eccl̄ia tua sancta catholica: eandem infantiam resipit:  
q̄ sancta sacrificia illibata. **EMSER.**

Quin eandē spirat elegantiā qua etiam tam graci quam  
hebēri subinde vtunt. Quod dum Zuīngli? inuidia & odio  
Canonis excēcatus reprehendere non potest: reprehendere ta  
men non veretur.

Deniq̄ adiectiuorū istorū accumulatio, & p̄iae deuotionis  
est excitatio: & ineffabilis sacramēti cōmendatio: q̄ nullis ver  
bis satis potest exprimi. **ZVINGLIVS.**

Catholica, Vel hinc ex suo canone potuissent, qui tam con  
stanter hodie rixantur de Ro. ecclesia, exp̄iscari: quæ nam sit  
catholica ecclesia: quam capere se negant.

**EMSER.**

Quin ipse Zuīnglius seipsum certe nō capit. Nec intelligi  
git quam longe ab eccl̄ia absit, dum de eccl̄ia disputans h̄ere  
tiorū magis quam orthodoxorū patrū vestigijs heret. Necq̄  
enim tam estas & hyems intra se pugnat, quam Zuīnglius  
ipse secum pugnat, dum ex verbis Apostoli Ephe. v. hic dicit  
eam tantū esse eccl̄iam catholicā: quæ maculam & rugam  
non habet. Hoc est, vt ipse ait sanctoꝝ & inmaculatorum  
dum taxat, quæ contio soli deo cognita sit. Et mox infra sub  
iungit, eccl̄iam catholicā esse vniuersam credentiū con  
tionem, vbiuī gentiū sparsam, etiam si pessimi sint. Quoꝝ

modo em̄ simul stabit ecclesiam solum esse sanctiorū ac immaculatōrum rugam ac maculam nō habentium: & eccliam esse quę cunctes qui Christi nomine censentur cōplicētūr etiam si mali sint ac pessimi.

Deinde quomodo, nō ex meteo pugnat: q̄ dicit ecclesiā catholica esse omniū qui pfidem & aquelauacrum Cr̄isto h̄gent, etiam si pessimi sint: & statim lib̄i p̄l obgannienſ. Sed quandoquidē (inquit) mali intra eccliam nō sunt; non potest nomen catholice ad malos v̄sq̄ protendi.

Ex hoc autē errore in aliū Zuinglius plabitur (sicut scriputum est: Abissus abissum inuocat: & sanguis sanguinem tetigit) Cum em̄ cōtradictoria h̄c saluare nītitur: eccliam videlicet esse omnium credentiū numerū etiam pessimorū: & malos intra eccliam nō esse: necessitate huic cogitur: vt absolu tam iusticiam soli fidei tribuat: nulla operū habita ratione. Quod quidem ex verbis ipsius apparet: quibus circa finem huius paragraghi sic tandem epilogat. In h̄c (inquit) iterū de industria incidimus: vt eis qui bonos & malos ex factis censent occurremus. Et iterū. Malos autem voco (inquit) nō eos qui per imbecillitatem peccant: sed infideles. H̄i em̄ soli mali sunt ac intra eccliam nullatenus censendi.

Q̄ erronea autem h̄c Zuingli sit opinio: qua nec ecclia nec Christo h̄get: & credentiū numero seipsum eximit: dum non credit q̄ ecclia credit catholica: & Christus ipse docuit: intra eccliam videlicet tam malos contineri quam bonos, malosq; ac bonos in ecclia non tam fide quam operibus discerni. Nemo sane mentis non intelligit.

Discat igitur Zuinglius a Hieronymo peccatore, Qui a Hieronymo sancto discere erubescit, Q̄ ecclia teste Salomonē in canticis aliquā pulchra dicit̄ ut sol; aliquā electa ut luna. Pulchra ut sol dicit̄ quantum ad eccliam triumphantē in qua nec ruga nec macula apparet: de qua etiam Apostoli verba intelligenda sunt. Electa vero dicitur ut luna: quantum ad

C ij

ecclesiam militantem : eo quod sicut luna maculam ita illa  
malos adhuc intra se contineat.

Mali autem isti nequaquam intelligendi sunt infideles:  
Hi enim ad neutram ecclesiarum istarum pertinent. Sed ipsi potius  
errant, qui per fidem quidem Christo harentur: per opera autem  
mala ab eo diuelliuntur. Iuxta illud Iohannis. v. Et procedent qui  
bona fecerunt in resurrectione vitae: qui vero mala in ignem  
aeternum.

**CANON.**

Quam pacificare custodire adunare & regere digneris to-  
to orbe terrarum una cum famulo tuo Papa nostro, & rege no-  
stro, & antistite nostro & omnibus orthodoxis atque catho-  
licae & apostolicæ fidei coltoribus.

**ZVINGLIVS.**

Hæc precatio non usque adeo impia esset (quamvis infans est)  
si Apostoli Pauli regulam fuisse imitata, qui i. Timoth. ij.  
iubet primum orationes fieri pro omnibus hominibus mox  
pro regibus.

**EMSER.**

Primum infans dici non potest hæc oratio: siquidem infan-  
tiam Cicero vocat in libro de pfecto oratore, ubi nec ordo nec  
modus verborum obseruatur. Hic autem & ordinate & adpos-  
site atque distincte omnia dicuntur. Quod autem ad ordinem  
adtinet frustra apostolicam nobis regulam Zwinglius obiicit:  
cui satis factum est supra: dum primo omnium, pro ecclesia ca-  
tholica: hoc est omnibus fidelibus in genere supplicatum fuerit.  
Sed & pontifex ipse sumus, merito regi prelatus est ut mox  
videbimus.

**ZVINGLIVS.**

Quibus tamen (scilicet regibus) papas nostros protulimus.

**EMSER.**

Papam circa perficerimus: Quod & ipse Christus in missa sua,  
hoc est in sermone carne sua ultime primo omnium pro Petro  
Papa primo orauerit. Ego pro te orauim (inquit) ut non deficiat  
fides tua. Similiter cum in carcere Petrus ac Herode detecatus  
esset, Oratio pro eo fiebat sine intermissione ab ecclie ad deum

55  
actorum. xij. Hinc ecclēsia pro papa suo tanquam successore  
Petrī orare orandoq; preferre ipsum dīdīcīt.

Z VINGLIVS.

Non alia (ut opinior) causa, quam ut reges ipsi vel hinc ser  
uiturem suam dīscreterent: ac lotis asuelcerent.

E M S E R.

Postquam tam ipsi reget q; Cæsares Summū Pontificem  
ut vicariū Christi libenter agnoscūt: & ex nulla seruitute, sed  
ex mera Christiana charitate vtrīnq; mutuo sibi deferunt,  
benecj inter eos cōuenit. Quid opus est Zuinglio seminare  
inter fratres discordiam. Z VINGLIVS.

Vt ne' palam faciam quod vetustissimi canones regum  
mentionem prorsus nullam facūt: quamuis recentiores ad  
scripsierint. E M S E R.

Nescio quos canones vetustos Zuinglius v'l vīdit: vel vī  
disse se fingit. Vnum hoc sc̄io recens nō esse, quod apostolus  
tradidit: & non solū Ambrosij verū etiam Tertulliani tempo  
re (qui vicinus apostolor; fuit) in canone receptū inuectitur.  
Idem. n. Tertullianus in apologetico suo capite. xxx. Non so  
lum fatef Christianos in sacris suis pro Imperatoris salute  
orare. Verū etiam verba canonis tam hīc quam capite. xxxix.  
refert dum dīcīt vota nos reddere ēterno vīuo ac vero deo pro  
Impatoribus ac potestatibus. Quae exp̄sse sunt verba canonis  
Ambrosij locū de regib; iam supra citauimus: qui etiam sa  
lutis ac īcolumitatis verba in canone hīc posita palā citat.

Z VINGLIVS.

Nonne v̄banius longe fuisse: posteaq; reges quoq; hoc  
conuiuio excepturi eramus, prima etiam lectica eos locare;

E M S E R.

Sí v̄banum aut humānū hoc esset conuiuīt: locum forsī  
tan haberet hæc Zuinglij dicacitas magis quam v̄banitas.  
Modo vero cum diuinū sit quod agitur: & diuino Iure rega  
le sacerdotiū terreno regno platum sit, Cui, n. regū Christus

C iij

dixit. Pasce oves meas. Et tibi dabo claves regni celorum : & quicquid solueris super terram erit solutum & in celis &c. Iccir co barbarus ac rusticus fit Zwinglius dum vult urbanus haberi. Caterum intelligenti vel ex ipsa loci circumstantia satis apparet, non amore regis sed odio pontificis haec eum scribere. Mentiatur enim nisi frusto panis conduce posset hic homo, ut in regem sive Cesarem ipsum nihil osciatis scismatici iactitet. Nullus non parcit: quem moribus tenet maledicendi.

Z VINGLIVS.

Quam pacificare &c. Quam, pro ut eam, positum est;  
E M S E R.

Magistralis sane expositio, & dignus Hercule nodus.

Z VINGLIVS.

Papa nostro: Et haec recens natu canonis nota est: Nam  
Papae nomen veteribus inauditum est.

E M S E R.

Cum & apud Cyprianum, & Hieronymum ac alios, papae  
nomen inuenias: quomodo veteribus inauditum est? Verum  
nouis ille vocularum Momus, dum Venerem ipsam nequit:  
fandalium saltum ipsius reprehendere nititur.

Z VINGLIVS.

Subolet nobis quiddam in hoc nomine apostolicum, hic &  
in symbolo secundo codito. Verum excutere nunc non est locus.

E M S E R.

Dauus sum: non Oedipus. Edifferat igitur nobis parabo  
Iam ipse: ut videamus utrum rosetum an oletum sit quod nasutulus  
iste olficerit. CANON.

Memento domine famulorum famularumque tuarum. N. &  
omnium circumstantium quorum tibi fides cognita est & nota  
deuotio pro gloribus tibi offerimus vel qui tibi offerunt hoc sacrificium  
laudis &c. Z VINGLIVS.

Vbicunque per se mutuo supplicant in Christo fratres commen-  
dabile est. Etiam si id oratione faciant imparata. Verum in

hac precatione tanta est infantia & parvitas ut vetustatem  
prosorsus nullā redoleat. E M S E R.

Si imparata etiam oratione p̄cari licet. Cur vetustatē desi-  
derat hic Zwinglius? aut quam tandem infantiam orationis  
huius indicat? Num satis esse putat om̄ia cauillis ac sc̄omas  
tibus implere? At hoc nō est Herculē sed scurram aut Mimū  
aliquem agere. Z V I N G L I V S.

Quorū n. attinebat circūstantes speciatim distinguere  
cum vniuersorū Christi cultor̄ precessisset mentio?

E M S E R.

Nec species hic generis: nec genus speciei derogat. Sic n. ipse  
etiam Paulus sine detimento speciei. Primitū genus explicat.  
Dum ait ob seco igitur primū omnium orationes fieri pro  
omnibus hominib⁹. Deinde ad speciem descendens, pro  
regibus inquit & pro omnibus in sublimitate cōstitutis. E re-  
gione Christus primo speciatim pro Petro orat, Simon ego  
pro te rogaui. Speciatim etiam pro reliquis apostolis. Ego  
pro eis inquit rogo, nō pro mundo. Nouissime vero citra  
ullum speciei preiudicium generatim etiam pro orthodoxis.  
Non pro his tantum (inquit) rogo, sed pro eis qui credituri  
sunt per verbum eorum in me.

Z V I N G L I V S.

Quorū attinebat deum certiore reddere, vt ei fides &  
deuotio circūstantium nota sit? nisi vt suspicor adst̄ribus ad  
emūgendū aliquid munusculi blandiri voluissemus?

E M S E R.

Si arguta voce, audiēte populo, sacerdos hæc op̄streperet:  
locum forte haberet hæc calumnia. Nunc vero quando ex  
consuetudine missitantur hæc verba, vt nec populus audiret  
nec si audiat intelligere possit: sycophantam plane hicait.

Z V I N G L I V S.

Cæterū non siccirco hic fides & deuotio circūstantium deo  
comendantur: vt certiore illū de his faciam? quasi ei nesciat.

Nec enim scire aut nescire dei hanc tantum significationem  
habent. Sed subinde in scripturis scire aut nosse eos dicitur:  
quos adprobat; nescire vero, quos reprobat; vt est illud Amē  
dico vobis nescio vos Mathei.xxv. Non ergo hic deum  
petimus vt vel meminerit, vel sciat, aut noscat fidem ac  
deuotionem populi sui, sed vt eam agnoscat & approbet.  
Qui tanque scrutator rerum ac cordium: solus in occulto videt,  
qui vel recte credant, vel deuote eum diligant. Tanto igitur  
maiores fructum qui quis ex missa consequitur: quanto maios  
rem fidem ac deuotionem ad eam attulerit.

CANON.

Pro quibus tibi offerimus vel qui tibi offerunt. &c.

ZVINGLIVS.

Vetusti canones totū hoc non habent. Vnde adparet canonis cōditorem, in ea fuisse opinione, quod quicunque hunc cibum  
ederet: simul etiam offerret. E M S E R.

Nec Zuinglius vetustos canones omnes vidit: nec ex  
verbis canonis hoc vltimū adparet: sed a Zuinglio adsingit.

CANON.

Pro se, suisque omnibus, pro redemptione animarum suarū  
pro spe salutis & incolumentatis sua &c.

ZVINGLIVS.

Eiusdem hæc farinæ sunt. Nam non modo infantia sunt  
sed etiam indocta & impia. Redemptionē n. animarum nos-  
trarum sacerdotis oblationi acceptam ferre, an ne impium  
non est? E M S E R.

Propare debebat Zuinglius primo hæc verba infantia  
esse & in docta, id quod pariter adsumperat. At ubi ostendere  
id nequit ad tertium se conuertit, impiumque esse ait redempti-  
onem animarū nostrarum sacerdotis oblationi acceptā ferre,

At canon hoc nō habet. Nec enim dicit quod fideles isti asta-  
tes sacerdoti, sed deo vota sua offerant. Possunt autem hic  
vota intelligi, etiam gratiarū actiones, quas pro redemptione

animarū nostrarum & in columitate vite deo per soluimus.

CANON.

Tibi reddunt vota sua, æterno deo viuo & vero.

ZVINGLIVS.

Vt omnia frigus quoddam magis q̄ feruentem charitatem redolent.

EMSER.

Quin ipsum Zuinglium prorsus stupidū, & quauis glacie frigidorem esse oportet, si nullū vel ferooris, vel deuote intentionis gustū, & velutī sanctam quandam emphasis in hīc sentit.

ZVINGLIVS.

Quæ sunt enim ista vota quæ astantes hīc voverūt Num voverunt se esuros?

EMSER.

Intempestiuī scurriles hiloci sunt in retam seria. Num. n. hanc tantum significationē habet votum, nuncupati sc̄z aliz cuius promissi: & nō potius fidelis populi desideria suspiria, preces & gratiarum actiones hīc significat, quas & illi mente dcuota pro se singuli, & sacerdos ex officio in persona omnium offert, deoc̄z cōmendat:

Poterit autem sacerdos hīc vel amicor̄z vel beneficiorum suerūt non solū speciatim exprimere nomina, sed etiam singulorum, v̄l sua ipsius p̄ singulis desideria ac petitiones: Quē admodum Epiphanius pro Iohanne Episcopo Hierosolymitanō in missa sua speciatim orare solebat, vt veritatē diceret ac recta sentiret de fide catholica, quod idem Epiphanius in epistola sua a Hieronymo translata & inter epistolas Hieronymi inserta, ingenue fatetur. Sic etiam Tertullianus pro Imperatore & Romani imperij diuturnitate ac mora orabat quo diutius retarderentur ventura post dissensionem illius super vniuersum orbem mala pessima.

CANON.

Cōmunicantes & memorīā venerantes imprimitis gloriose semp̄q̄ virginis Marię genitricis dei & domini nostri Ihesu Christi,

ZVINGLIVS.

D

Tota hæc oratio imperfecta est. Nam huic subiecto **Cōmunicantes & memoriam** venerantes, verbum prorsus nullum respondet. **EM SER.**

Quia nullū prorsus verbū post se exigit, eo q̄ in hac oratione nō subiectiue sed specificatiue (ut vocant) se habeat, poti usq; sequi quam antecedere verbū debeat. Quare sūs iterum Mineruā docet Zuinglius, dum pro memoriam venerantes memoriam veneramur succenturandū putat. Nam si hoc modo legat: Barbarissimus vtīq; erit, sed a Zwinglio illatus, nō cum ipso canone natus, qui pure ac latine locutus est.

**Z V I N G L I V S.**

At cōtemnit eccliam Zwinglius, atque ab ea ad euangelium prouocat, humanā audaciam & stellio natus crimē esse quirītans, si quid ad verbā euangeliū addatur. Eiusdē igit̄ audacie ac criminis etiā Paulum accuset, qui & ipse vera hæc consecrationis secus quam aliquid euangelistarū reddidit. Q̄ si vni Paulo hoc līcuit, Cur non totus apostolorū chorus, qui tunc presens Christū sua ipsius verba referente audijt, fūsius nobis verba hæc p̄scriberet, quam ipsi euāgelistæ, q̄ succinctius ac potuerunt dominicæ passionis historiam texere conati sunt? Ita ut quidā ex eis pleraque maioris longe momenti quæ sit vocula hæc em (de qua Zwinglius stomachatur) p̄termisserint.

ZVINGLIVS.

Nunc vero quum vos non cōtentī sitis dicere, q̄ dum, panis iste editur & potus hauriē corpus Christi edat & bibatur, nisi etiam phibueritis, antealque edamus & bibamus, etiam si

F iiij

nunq̄ edamus vel bibamus, substantiam panis in corporis Christi substanciali conuerti. E M S E R.

Dupliciter hic Zuinglius peccat. Neq; em̄ edentes & b̄bentes dominica hæc sacramēta panem edere aut vīnum nos bibere dicimus, sed verū corpus & sanguinē domini. Nечae refeos nota caret, q; Zuinglius, prolati etiam consecrationis verbis adesse corpus aut sanguinē negat nisi dum estur aut bibitur. Z V I N G L I V S.

Qua potentia obsecro putatis substanciali in substanciali conuerti? Dicetis ni fallor, diuina Addā ego, Quid igitur possunt humana verba, si cuncta diuina potentia constant?

E M S E R.

Laudandus hic potius deuserat qui tantā hominī potestam dedidit, quantū nec angelis, nec omnib; etiam hominib;, sed diuino tantū munere ad hoc vocatis iuxta illud Apostoli, Nemo honorē sibi sumat nisi, qui a deo vocat Heb. v. Verū venīta Zuinglii lingua maledicere quā benedicere potius didicit. Z V I N G L I V S.

Vides autē uter iniquius cōsecurationis verba tractet, tu ne qui tua diuinis misces an ego qui id ferre nolo.

E M S E R.

Recte Zuinglius hic argutat, si v̄l per hoc pronomen tu, cum sophista quopiam rixat, vel si sententia rius aliqs tecens quicquam hic misluit. Nunc vero vbi apostolica auctoritate, miss̄ traditio nobis cōmendata est, stulte Zuinglius corriger nunc tandem p̄sumit quod nec Ambrosius nec Augustinus nec ullus veterū ausus est. Ambrosius em̄ libro sacra mentorum quarto, & Augustinus in dicto canone, Vtrum sub figura de cōsecratione distinctione secunda, Verba haec consecrationis iuncta hac vocula em̄ referunt. Nec quicquam ex apostolica traditione receptū immutare ausi sunt.

C A N O N .

Simili modo postquam cenatum est.

## Z V I N G L I V S.

Lucas habet: postquam cœnauit.

### C A N O N .

Accipiens & hunc preclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas. Z V I N G L I V S.

Prædarū, & in sanctas ac venerabiles manus suas nullus euangelistarū habet. C A N O N .

Item tibi gratias agens benedixit.

## Z V I N G L I V S.

Item nullus habet, pro gratias agens, Matheus gratias egit. Benedixit nullus habet. C A N O N .

Hic est calix sanguinis mei noui & æterni testamēti mystri fidei qui pro vobis & p multis effundetur in remissionē peccatorum. Z V I N G L I V S.

Poculum est græcis non calix. Noui & eterni testamenti ex. xiij. capite Pauli ad Hebreos huc translatum est. Mysterium fidei, nostrum est pro vobis itidem,

### E M S E R .

Frigidiora sunt hæc om̄ia quam ut responso ea dignemur Nos. n. totius missæ ordinationem nec euangelio nec nobis ipsis acceptam referimus, sed Apostolicæ ecclæsiasticæ traditioni, cuius auctoritatē sequentes, nec nobis nec Zwinglio, quicquam hic addere aut immutare permittimus.

## Z V I N G L I V S.

Sicut aquam (symbolum inauspicatum) miscent dicentes aquam in oblatione populum significare.

### E M S E R .

De mixtione hac aquæ & vini, in assertione missæ Lutheræ ro eadem fere cornicant, paulo ante respondimus. Non potest autem aqua in auspicatum esse symbolū, cuius auspicijs Christo renascimus, super qua item sp̄ritus sanctus ab initio ferebatur, & in cuius substantia maxima queq; sacramenta vel condita vel adumbrata sunt.

## Z VINGLIVS.

De vñu huius sacramenti sub vtraq; specie non est q; hic dicamus. Lippis. n. omnibus paget humana temeritate facit esse vt altera specie plebs priua ref, quam adeo manifeste Christus iussit c̄mes bibere. E M S E R.

Et hic nodus in assertione Missæ excusus est. Lippis enim heretici oculis euangelij hic intuiti sunt, nec viderunt distributionem hanc vcculam omnes, ad coniuas tum præsentes referri, quorū bissexus tantum fuit numerus. Dicente Luca. Et cum facta esset hora discubuit & duodecim cum eo Lus ce. xxij. Z VINGLIVS.

I nunc & hereticos esse vocifera qui vnis Christi verbis herent anxieq; cupiunt vt omnes eis nitantur.

E M S E R.

Quid ni hereticos vocem qui vel vnis Christi verbis & p̄cipue ipsi litteræ tam anxie herent, vt nec eccliam audiant nec spiritū sanctum legitimos verborū Christi interpretes? Quemadmodū ipsi etiam Iudei morosa hac verborum legis hasione, circūcisionem p̄putij carnalē in hodiernū vsc̄ dicim contra Apostolor̄ decretum & vniuersam dei eccliam mordicus defendunt. C A N O N .

Hæc quotiescumq; feceritis in mei memoriam facietis.

## Z VINGLIVS.

His apertissimis verbis ostenditur ipsam aliud non esse quam cōmemorationem passionis dominice, qua fronte igitur quælo ex cōmemoratione oblationē fecerunt isti?

E M S E R.

Eandem cantilenā supra etiam audiūimus. Atq; ex Christo docuimus nihil p̄hibere mysteriū hoc & cōmemorationem esse & oblationē quæadmodū & comedio est & vnio.

## Z VINGLIVS.

Christus nos liberauit suis morte & sanguinis effusione, atq; eadem in cibū tradidit, quæ fide comedim⁹ nō dentibus,

pter quā deus nobis inuisibiliter illabit ac animū pascit,  
EM SER.

Propter fidem (maxime formatam xt vocant) vñ extra mis  
sam deus inuisibiliter aliquādo illabit. Hic autem sacramen  
taliter etiam præsens adest, quare nō solum fide comedimus,  
sed dentibus verū ac præsens Christi corpus terimus verumq;  
ip̄ius sanguinem ore cōtingimus ac bibimus. Videat igitur  
Zwinglius ne nouā hic hæresim statuat. Ex verbis̄ Chr̄  
sti (quibus tam anxie hærere se factat) nō conuincet, fide tan  
tum apostolos, sed ore ac dentibus etiam manducasse corpus  
Christi & bibisse eius sanguinem.

CANON.

Vnde & memores dñe nos serui tui s̄ & plebs tua sancta.  
Z VINGLIVS.

Hic seruos pro ministrantibus sacerdotibus positos esse  
automo, ne vnquam sibi primas non tribuerent.

EM SER.

Eius qui om̄ia in malum suspicatur & interpretat necesse  
est vt mala etiam sit mens, malus animus.

CANON.

Eiusdē Christi filij tui domini dei nostri tam beatæ passi  
onis nec nō & ab inferis resurrectionis sed & in cœlos glorio  
se ascensionis. Z VINGLIVS.

Vt ne barbariem hic cauillet tantisper tollerandam.

EM SER.

Barbara hæc vident̄ Zwinglio, At Beda sup illud. Et res  
cordate sunt verborū eius Luce vltimo, dicta verba repetens,  
non barbara sed omni veneratione digna iudicat.

CANON.

Offerimus preclarę maiestati tuę de tuis donis ac datis ho  
stiam, puram hostiam sanctā, hostiam immaculatam.

Z VINGLIVS.

Basphemia hæc est, solus enim Christus talem hostiam

G

offerre potuit & creatura preterea nulla?

E M S E R.

Zuingleo hæc blasphemia esse videt, qui nihil nisi blasphemare didicit. In ecclesia vero quilibet Christianus talem hostiam hoc est, puram ac sanctam, deo offerre potest, dicente Apostolo. Ro. xij. Obscro vos fratres per misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, ac deo placentem &c. Quid si apostolus corpora etiam nostra hostiam vocat sanctam ac deo placentem, quanto rectius nos Christi corpus ac sanguinem hostiam esse dicimus puram ac sanctam? Quia ut solus Christus offerre potuit in cruce moriendo, ita soli sacerdotes in altari passim hodie sub mysterio offerunt ut impletatur quod per Malachiam dominum predixit. Quoniam magnum est nomen meum in gentibus, ab ortu enim solis usque ad occasum offertur nominis meo oblatio munda Malachie.ii.

Z V I N G L I V S.

Denide obscro quantum cerebri habuissse putas eum qui iam iam dixerat o domine quod haec in commemorationem facere iussisti en facinus, & priusquam huius sententie deuterbia abierint, sic infit offerimus? E M S E R.

Plus ego illum cerebri habuissse non dubito quam Zuingleum vel sanguinem vel Christiane pietatis aut fidei.

Z V I N G L I V S.

Sed ogganiunt quidam sciolos haec commemorationem est oblatione, quamvis nihil adserant quo id probent.

E M S E R.

Sciolos vocas Zuingleos illud aureum quod ut supra retulimus, & oblationem vocat & commemorationem? At ille dixit, non probauit. Verum hoc hercule est quod nemo tunc hereticus illud impugnabit. Nunc vero quod scientificus nostrus Zuinglei? id negat: Probandum erit non humana aliqua ratione (quod ille non audit) sed scripturis canonicas quod non fallor prestabo.

Et primo quidem quod oblatione sit ex Malachie verbis

paulo supra iam citatis preclare constat:

Qe etiam rememoratio sit vere istius oblationis in cruce exhibite, scriptura nobis insinuat Leuitici. xxiiij, vbi haec hostia nostra per duodecim panes illos prepositionis adumbratur, & in signum quod eadem hostia commemoratio etiam futura esset statim subiugitur. vt sit panis in monumentu (hoc est in memoriam) oblationis domini. Quod Origenes sic legit, Et erunt panes in commemoratione appositi domino. Atque mox exponens. Si respicias (inquit) ad illum panem qui de celo descendit, & ad illam commemorationem, de qua dicit dominus, Hoc facite in meam commemorationem, intentusq[ue] ecclesiastica mysteria recorderis, in his quae scribit lex futura veritatis inuenies imaginem perfomatam.

Patet igit ex his duobus scripture locis missam nostram & oblationem & commemorationem esse iniusteq[ue] Zuinglius tot conuiciorum plaustris in canonem inuehere.

#### CANON.

Panem sanctum vitæ æterne & calicem salutis perpetue.

#### Z V I N G L I V S,

Cur hic non inquiritis in Canonem, o suaves inquisitos res non auditis quod post consecrationem corpus Christi panem vocet? Sic insanit cæca semper inuidia. Vulcano sacrificatores se spondent qui panem vocet post sacra verba et Canonem suum quem cotidie legunt non damnant.

#### E M S E R.

Iterum illudis Zuinglis An nescis miser multum interesse inter verba canonis & vestra, Vos enim haeretici quorum uherimus hodie fœtus est, quiq[ue] tanquam ex equo Troiano alter post alterū proditis, talem panem esse dicitis post consecrationem, qualis fuerat antea, hoc est materialē & corporalem. Canon aut̄ spiritalem vocat panē, qui digne manducantibus vitā prebeat eternam. Vnde panē inquit vitæ eternæ. De quo etiam Christus ait, Si ergo manducauerit ex hoc pane

G ij

Vivat in eternū Ioh. vi. CANON.

Supra quę propicio ac sereno vultu respicere digneris & accepta habere, sicut accepta haberī dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificiū patriarche nostri Abrahę: & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech &c.

ZVINGLIVS

Tota ista precatio ad oblationem tendit. Sicut hodie solent umbris quae præterierunt sua firmare,

EMSER.

Et recte quidē, Vmbram.n.habet lex futuroꝝ honorum Heb.x.Evangelī autem imaginem. Videlicet eī nunc per speculum in enigmate. Tuncautē, hoc est in patriā, sine vloꝝ velamine facie ad faciem deum videbimus, i. Cor. xiij.

CANON.

Supplīces te rogamus omnīpotens deus

ZVINGLIVS.

Si nunc quae proxime sequunt̄ amputes vſq; ad hęc verba  
Vt quotquot &c. non īmīe precaberis, nam que īterposita sunt, eam opinionē redolent quae se offerre contendit.

EMSER.

Nunquid & hic Zwinglius siue sacrilegij siue stellionatus crīmine se īlaqueat, dum suffuranda ex canone docet hęc verba omniū pīssima, sc̄z, iube hęc perferrī per manus sancti angelī tui in sublīme altare tuum, in cōspectu diuinæ maiestatis tueꝝ. Quid. n. peccati hic repperit Zwinglius? Nisi forte nec corpus hic esse credit Ihesu, nec angelos sanctos, qui p̄ces & vota nostra ī conspectū ferant altissimi. Quomodo igit̄ Paulus ad ministratorios vocat sp̄ritus missos ppter eos qui hereditatem capiunt; Hebre.i. Vnde ad Thobiam Raphael. Quando orabas (inquit) cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtulī orationē tuam dño Thob. xij. At negat Zwinglius Thobię librū. Audiat igit̄ simile quid ī Actibus etiam Apostolorū vbi Angelus ad Cornelium, Orationes inquit tuę

& elemosynæ ascenderunt in memoriā in cōspectu dei. Et in Apocalypsi legimus q̄ stetit angelus & data sunt ei in censa multa (quæ sunt orationes sanctorum) vt daret ea super altare aureū quod est ante thronū dei Apoca. viij. Vnde eccl̄ia nihil dubitans diuinissimo altaris mysterio, tum ppter reuerētiam corporis ac sanguinis domini, tum propter ministeriū nostrū, sanctos ad stare angelos, p̄ie p̄catur vt per angelū hæc vota & orationes fidelium in conspectu inferant diuinę maiestatis.

Subscribit autē eccl̄ie ac verbis his canonis (quæ Zwinglius amputāda suadet) Origenes super Leuitico Homelia. ix. Nec angelorū (inquiens) mysteria, ab huiusmodi officijs desunt, Angeli. n. ascendunt & descendunt ad filium hominis, & intuent ac cōsiderant si quis vestrū ex his quæ dīcunt in eccl̄ia compungit aut tale aliquid habeat q̄ deo mereatur offerri. Hæc ille Ambrosius item libro sacramentorum quarto, & Augustinus in dicto sermone, veritas quæ est, ad litterā memoria canonis verba recensent. Item Beda sup Lucam. Quomodo (inquit) posito in sepulchro corpore saluatoris angelū astutissime legunt, ita etiam celebrād̄is eiusdem sacratissimi corporis mysterijs tempore cōsecrationis assistere sunt credēdi, monente apostolo mulieres in eccl̄ia velamen habere ppter angelos. Hæc Beda. Gregorius quoq; in Homelia pascali, quis fidelium (inquit) dubitet in ipsa immolatiōis hora, & in illo Ihesu Christi mysterio, ad sacerdotis vocem, cœlos aperiri, andelorum choros adesse, summa & ima sociari. Vnumq; ex visibilibus & inuisibilibus fieri. CANON.

Memento etiam domine famularū familarumq; tuarum.  
Z VINGLIVS.

Nisi famularum esset additum periculū erat ne deus profamilibus exaudiaret precationē. Quia propter diserte vtrum quæ sexum expressit, vaferem est quo cum agimus.

E M S E R.

At niger ille est quem cōtra nos agimus. Alioqui in deo  
G. iiij.

functi hominis manes non tot ironias ac somata faceret, rem  
bono viro utique indignam. ZVINGLIUS.

Purgatoriū res, ecclesiasticis questuosislīa, hinc esse pro-  
batur. Sic n. pdeunt. In Missæ canone oramus pro defunctis  
ergo est purgatoriū. EMSER.

Quamuis homini catholico satis id sit argumenti, q̄ ca-  
tholica ipsa eccl̄ia per totū orbem diffusa, & pro defunctis  
orat, & purgatoriū esse credit. Quia tñ Zuinglius a catholica  
& regia via, hic iterū descens per hereticoꝝ ferē deuia, paus-  
lis per ei occurrentū duximus. Idq; ppter simplices quosdam  
sacerdotes, quibꝫ librorū deest copia, vt saltem ex nobis habe-  
ant quod argutis illis nostri sæculi laicis respondeant.

Principio Zuinglius ait, q̄ quamuis escriptura sacra nō  
conster, sit ne purgatoriū nec ne, ratione tñ Origenica ipsum  
adductū purgatoriū olim admisissē. Nunc vero, vbi euāgeli-  
ca illi lux, vt ipse putat (affulxit), nunciū non solū Origeni, sed  
toti etiam eccl̄ia mittit, purgatoriumq; omnino negat.

Lux autem euāgelica (quam ille p̄tendit) Verba hēc sunt  
Marci vltimo. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit  
qui non crediderit cōdemnabitur. Ex quibus ille verbis elis-  
cit: quod qui in fide decedit, in fide statim & absq; vll. mora  
saluus fiat. Contra quod totius ecclesie militat auctoritas,  
quaे fruſtra p̄ defunctis ageret suffragia, si nullis illi suffra-  
gij epus haberent, statimq; in cœlum euolarent. Militat &  
Apostolus Paulus. i.cor. iiij. vbi predictum locum euāgeli-  
cum sub parabola edificantis super stipulā & fœnū explicans  
concedit quidem, quod talis saluus fiat per fidem, sic tamen  
quasi per ignem, quod de igne purgatorio nō solum Orige-  
nes sed totus etiam orthodoxorum chorus exponit.

Accedit illud. i.Iehan. v. Est peccatum vlc̄ ad mortem nō  
dico vt pro eo roget quis. Quod de peccato finalis desperatio-  
nis doctores nostri catholici intelligunt quasi diceret Iohannes  
pro eo, quem constat hinc emigrasse cum desperatione clemen-

tie dei, nullus oret. Ergo pro alijs orandum ipsius etiam Ios-  
hannis testimonio relinquitur.

Ad idem facit illud Mathei. xij. Qui autem in spiritu sanctum blasphemiam dixerit non remittetur ei neque hic neque in futuro saeculo. Voi Gregorius, Ex hac inquit sententia datur intelligi, quasdam culpas, in hoc saeculo quasdam vero in futuro posselaxari. In Inferno autem nulla est laxatio, neque redemptio, ergo de purgatorio necessario intelligitur.

Preterea Paulus, Philip. ii. In nomine inquit Ihesu omnem  
genum flectetur celestium, terrestrium, & infernorum. Certum  
autem est neque demonas neque damnatos flectere Ihesu genu  
sed maledicere eum potius. Ergo de his intelligendū erit qui  
in purgatorio debitas deo penas exoluunt. Mortuus est enim  
deus (ut idem ait Apostolus) ut viuorum & mortuorum dos-  
minetur. Neque separantur animæ defunctorum ab ecclesia (que  
est regnum Christi) Alioquin teste Augustino libro. xx. de ciui-  
tate dei cap. ix. non fieret memoria eorum ad altare dei in con-  
munione corporis Christi.

Sic etiam in Apocalypsi Ioh. ait q̄ nemo inuētus est in cœlo nec in terra nec subterrā q̄ dignus esset aperire librū. Ergo subterrā etiam sunt de quib⁹ saltē suspicio fuit, aperiēdī librī q̄uis digni nō fuerint. Hęc aut̄ suspicio neq; in demones cadit, neq; in damnatos q̄ ex libr. viuentiū dudū sunt aboliti.

Ex qbus patet quāta temeritate & impudentia Zwinglius dicat ex scriptura sacra nō cōstare sit ne purgatoriū nec ne. Et q̄ in fide decedentes statim & absq̄ mora in cœlū euolent.

Ne autem Zwinglius putet unum Origenem purgatorij assertorem fuisse. Id est Athanasius testat questione. xxxiiij. Id est Hieronymus super Esaiam lib. xvij. circa fine. Idem Amb. super psalmum cxvij. Idem Gregorius per quatuor libros Dialogorum. Cum quibus vniuersa tenet ecclesia. Nec verisimile est sanctissimos hos viros aliquius questi gratia haec scripsisse, qui sua potius dare quam aliena rapere consueuerant.

Hac de purgatorio breuiter, de quo si quis plenis velit  
haurire buccis, Roffensem legat, qui ex neotericis omnium  
& p̄fissime & disertissime purgatorium nobis asserit.

CANON.

ip̄sīs domīne & omnībus ī Christō quiescentībus refrigeri-  
um lucis ac pacis vt indulgeas deprecāmur.

ZVINGLIVS.

Perhibent Augustinus & Chrysostomus morem pro des-  
funciōis orandi ab Apostolis vīcī ad se manasle, q̄ ego vehe-  
menter admiror, cum nemo Apostolorū quicquam de ea re  
prodiderit.

EMSER.

Quid iterū mentiris Zwinglis? Nunquid n. satis hoc pro-  
didit Ichannes, dum p̄ his tantū qui cum desperatione hinc  
exeunt, orandū negat. i. Iohānis. v. Prodidit idem discipulus  
Pauli sacer Dionysius ecclasiasticē ipsius Ierarchiē capite sep-  
timo docens ex ecclasiastica traditione receptū orationes pro  
defunctis fieri, eisdemq; predelle Qm̄ igitur ī ore duorum  
aut trium testium fide dignorū stat omne verbū, Sufficit ec-  
clesiae tantorū virorum testimoniū & hæretice nimis Zwing-  
lius nō tam patribus istis dīgnissimis q̄ toti ecclie se opponit,  
cum tamē militem vīx gregarium ipse le agnoscat.

CANON.

Nobis quoq; peccatorib; famulis tuis de multitudine mi-  
serationis tuarum sperantib; partem aliquam & societate do-  
nare digneris cum tuis sanctis apostolis & martyribus cum  
Iohanne Stephano &c.

ZVINGLIVS.

Tota oratio ista non abhorret a Christi doctrina. Est ta-  
men quod hic & superius ī altero nominū diuorum cathalo-  
go cuipiam omitti, nempe, vt si maxime iuuet beatorū nomi-  
na recitare, horum tamen nō minibus parcamus, qui citra  
sanguinis aut confessionis periculum hinc migrarūt.

EMSER.

Et quid opus est hac Zwinglio sollicitudine, cum nullus

eorum qui vel hic v̄l in superiori diuorum nomen datura recit  
tantur, sine sanguine aut confessione Christi hinc migrarit.

Quamuis enim Augustinus in libro de sancta virginitate qualdā ex his virginibus, quae hic nominantur, velatas fuisse afferat. Perhibet (inquit) clarissimum testimonium ecclesiastica auctoritas, in qua fidelibus notum est quo loco martyres & quo defuncte sanctimoniales ad altaris sacramenta recitentur. Alio tamē loco ut in libro deciuitate dei. xx. capite nono omnes vocat martyres. Ideo (inquit) tantum modo martyrū animas cōmemorat eccl̄ia, quia ipsi p̄cipue regnant mortui qui usq; ad mortem pro veritate certarūt. Idem in sermone quodā de Petro & Paulo. Vnde quod norunt fideles (ingt) diff. incti a defunctis loco suo martyres recitan̄ nec pro eis oratur, sed eorum orationibus eccl̄ia cōmemoratur.

### CANON.

Per quē hęc c̄mīa domine semper bona creaſ, sanctificas  
bñdīcīſ, ac p̄fīſas nobīſ. Z V I N G L I V S.

Hinc suboleat mihi q̄ creare velint hic referre ad hoc quod Christi corpus hic fiat & sanguis, q̄ quam absurdū sit apud ipsos etiam, quisq; facile videt, nō. n. creari Christū phibent, sed panē in eum transsubstantiari. Et infra. Omnia tamen puriora erunt ac veritatē cōformiora si p̄nomen hęc omittas.

### E M S E R.

Non intelligit miser per p̄nomen haec de monstrationem hic fieri, nō ad Christi corpus aut sanguinē sed ad intellectū eorum sc̄z nō quæ modo sunt, sed quæ paulo ante fuerūt p̄nis sc̄z & vīni, quorū substantiā deus creat cōdendo, sanctifizat cōsecrando, vivificat cōuertendo. Benedicit gratiā augēdo, & pr̄stata nobīſ cōicando verum ipsius corpus ac sanguinem. Nēquaq; igitur omittendū est p̄nomen haec, sed sane potius intelligendū eo quod pdemonstratiua illa nō semper demonstratio fiat proprie ad rem, sed subinde ad intellectum ut hic, & in trūiali illo, exemplo quod elementares etiā pueri

H

non ignorant. Hæc herba (scz) criscit in horto meo.

CANON.

Per ipsum & cum ipso & in ipso est tibi deo patrī omnipotenti in unitate spiritus sancti, omnis honor & gloria per omnia saecula saeculorum. ZVINGLIVS.

Hæc est altera Encomij pars &c. Et infra. Verū in quem vsum tot cruces in aera pingamus nō video. Ista. n. frequens crucis signatio animū haud secus terret atqz mathematicorū characteres idiotas, si qñ admittant. Subolet mihi pace omnium dixerim eum qui cruces tot adiunxit, simplici plebecū ī velutī p̄stigio quodā illudere voluisse. Nam vetusti canones multis locis cruces alia manu p̄ictas habent quā eius qui scripsit.

EMSER.

Impientissimæ huic calumniae qua necromanticorū chara-  
cteribus venerandam cunctis Christi crucem cōparans, illu-  
sionem esse putat, & cōmentum recens, quod tot cruces in al-  
tarī figimus, Diuus Augustinus occurrit, qui in sermōe ter-  
tio de dñica annūciatiōe, qui incipit, Corruptū peccatis ori-  
ginalib⁹ mundū &c. Crucifixus inquit noster a morte resur-  
rexit, & cœlos ascendit, crucem nobis in memorīa sūra passio-  
nis reliquit. Hoc signum p̄sidium est amicis, obstaculū ini-  
miciis. Huius crucis mysterio rudes cathezizant, fons regene-  
rationis consecrāt, altaris sacramenta cum interpositiōne do-  
minicorum verborum cōficiuntur. Et vniuersaliter omnia ec-  
clesiastica sacramenta in huius virtute perficiuntur. Nam quod  
faciebat in terris corporis Christi presentia, hoc nunc facit  
victoriosæ crucis insignita memoria. Hæc ille.

Ex quo pater nō recenter crucis signum in missa adhibuit, sed tempore Augustini iam fuisse receptū, ex traditione nimirum Apostolorū. E quib⁹ Iohannes signo crucis venenū bibit absc⁹ villa Iestone, Andreas bīduo in cruce pendens, crucem salutare nō desit, Paulus gloriari nisi in cruce domini non sustinet. Petrus ob honorem magistri sui transuersus adfigit

N. Encomiū.  
Encomiū.

voluit. Nec alios crux Christi inimicos habet nisi demonas & haereticos, qui virtute ipsius cruciantur, incenduntur, & vin-  
cuntur.

CANON.

Oremus, Preceptes salutaribus moniti, & diuina institu-  
tione formati, audemus dicere. Pater noster &c.

ZVINGLIVS

Oratio dñica cur in hunc locum reiecta sit satis dispicere  
nequeo. Et infra. Vnde inter prima positam oportuit.

EMSER.

Iterum censoriam sibi sumit virgulā Zuinglius, & tradis-  
tionem Ecclasticā & Apostolicā inuertere nitit. Supra. n.  
rettuli, orationē hanc nō ex Gregorij institutione primū, sed  
ex Apostolor̄ ordinatione longe iam antea ad missam fuisse  
adhibitat, Q̄ autem hoc etiam loco iam olim ordinata fue-  
rit. Tam Augustinus quam Ambrosius testant̄ qui ducen-  
tis fere annis Gregorii anteuerterunt, Augustinus quidem  
in epistola ad Paulinum, & in sermone de verbis domini,  
Ambrosius vero libro sacramentorū quarto, quorū verba  
breuitatis causa omittimus.

CANON.

Libera nos quæsumus dñe ab omnibus malis p̄teritis, pre-  
sentibus & futuris. ZVINGLIVS.

Hanc orationē quidam canones posterius q̄ primum scri-  
pti fuissent adscriptā habent q̄ attramenti manusq; alterius  
notæ palam faciunt. EMSER.

Precatio hæc iccirco Zuingliū offendit q̄ sequitur, Et in-  
tercedere pro nobis beata & gloria semperq; virginē dei  
genitrice Matia, & beatis Apostolis tuis Petro, & Paulo An-  
drea cum omnibus sanctis tuis & cniuriam. n. Zuinglius pu-  
tat Christo fieri, si sanctor̄ etiam p̄cibus aut intercessiōibus  
nitamur, q̄ tamen fieri posse, non solum absq; iniuria Chris-  
ti, s̄ etiam cum summo ipsius honore ac beneblacito supra  
affatim ostendimus. Non enim ea inuidia Christus laborat

H ij

erga sanctos suos, qua Zwinglius in totum ecclesiasticorum ordinem defecuit.

### ZVINGLIVS.

Post hanc subdunt vetusti canones Agnus dei, & nihil amplius, recentes post pax dominis cruce supra calicem ter circumclusa iunguntur.

### CANON.

Fiat hæc cōmixtio & consecratio corporis & sanguinis domini nostri Ihesu Christi accipientib⁹ nobis in vitam æternā;

### ZVINGLIVS.

Quæ mihi verba multo absurdissima videntur. Nam si hic primū miscentur corpus & sanguis, quid est hoc q⁹ plebi porrigitur? an illi exangue corpus manducant?

### EMSER.

Principio, q⁹ sacerdos calicem cruce ter circulat ad quatuor sc̄ latera calicis, Rabanus in libro de institutis clericorum exponit, sic inquiens, Ideo vero crux quæ formatur super calicem, quatuor eius latera tangit, quia illud (hoc est corpus & sanguis domini) humanum genus per quatuor climata mundi ad unitatem & pacem unius corporis coniungit Hæc ille. Quod ipsa etiam Christi in cruce pendentis quadriformis extensio significat. Siquidem caput ad orientem, pedes ad occidente, manus vero ad meridiem & aquilonem habuit expansas.

Deinde quod hostiam frangitur, & in calicem mittitur. De hoc Paschalis in libro de corpore & sanguine domini ita loquitur. Patet (inquit) sensus, quod iam caro frangitur, quia sanguis est in calice, qui de corpore manauit. Et ideo recte caro sanguini sociatur, quia nec caro sine sanguine nec sanguis sine carne comunicatur. Hæc ille.

Non est igitur q⁹ Zwinglius timeat ex angue esse corpus Christi q⁹ plebi porrigitur. Q; si corpus sine sanguine esset, potest, quid igitur tantopere Zwinglius plebem ag vtramq; speciem hortat, cum tantum sub altera quantum sub utraq; participet. Et cōmixtio hæc corporis ac sanguinis domini in altaria non ad cōmunionem spectet, sed ad mysterium, ut hi prodia

derunt qui de sacratissimo hoc myste mystetio, nō sine spiri-  
tu dei differuerunt. **Z VINGLIVS.**

Quæ deinde in sequunt̄ orationes, in vetustis canonibus  
nusquam scriptæ reperiunt̄. **EM SER.**

Si de priuat̄ orationib⁹ Zuinglius loquit̄, quas sacer-  
dos & ante & post sumptionem corporis ac sanguinis priua-  
tū pro se dicit ut digne cōmunicet, nihil refert si eccl̄ia que  
libet suo h̄ic sensu abundet. Publica autē illa oratio siue col-  
lecta quæ post cōmunionem sequitur, cum qua & missa ipsa  
finitur, ab ipsis Apostolis in gratiarum actionē instituta est,  
ante quam etiam nulli abiit licet ut canon eorum habet de  
consecratione distinctionē. i. Omnes fideles. Et Chrysostomus  
sup illud Mathei, Et hymno dicto exierunt in monte oliveti  
&c. Audite inquit qui velutī porci manducantes vltimā ora-  
tionem mysteriorum nō expectatis. Hoc enim illius oratio-  
nis symbolū est. Nam gratias egit & hymnum dixit post  
dedidit, vt & nos hoc ipsum faciamus. Hæc ille.

**Z VINGLIVS.**

Hactenus leui admodū velitariq; pugna cum missi cano-  
ne congressi sumus. Maiores impetus pressuri, donec contra  
nifentium copias in harenam descendisse cōspexerim.

**EM SER.**

Et nos tibi Zuingli in multis pepercimus, q̄ spes sit tan-  
tis te scripturarū testimonij ac sacris patrum cōsilijs mutatu-  
rum sententiā, & in sinum matri eccl̄iae redditum. Q̄ si tibi  
persuaseris, donabimus tibi primā hanc iniuriam. Sī obsti-  
natus perceveres, maiora deinde totūta admouebimus, ora-  
tiones sc̄ etiam totius eccl̄iae, qbus qui eam lēdere voluerint,  
diuino igne aut in p̄sentī ad correctionem, aut in futuro ad  
aeternam damnationē consument̄, teste Augustino sup hæc  
verba Apocalypseos. Si quis eos vult lēdere &c.

**Z VINGLIVS.**

Nec sine TbeSEO, cōiurant, n, cum principib⁹ istis quib⁹

**H. ij.**

fidere vetat dñs , quosq; furum socios vocat Esaias.

EM SER.

De principib; ppheta loquit̄ qui furib; hoc est heretici se non solū socios, verum etiam patronos p̄stant. Ceterum catholici nostri pr̄incipes gladiū iccirco ad deo portat ut ohstia natos in malicia (quales cum primis sunt heretici) v̄l corrīgat vel plectant. ZUINGLIVS.

Confurato canone superest ut meliora prestemus.

EM SER.

Mihī aut̄ asserto iam canone receptū canendū fuerit. Quę n. hinc sequunt̄ simul cum canone suo nouo, nec suę etiam faring hominib; admodū placere video. Cōuenient igit̄ p̄imū inter se qui eccl̄iam impugnat, & deinde iunctis copijs castra cōtra nos moueant, quos nec sic timebimus. Tanquam acies n. ordinata, terribilis est eccl̄ia nō solū hereticis, verū omnibus etiam dēmonib;, contra q̄ nec portæ inferi p̄ualebunt.

### PERORATIO.

**H**AEC SVNT REVERENDISSIMI IN Christo patres ac cuiusc; eccl̄asticę dignitatis viri, quę in hac temporis angustia & podagrę doloribus tum pro canonis nostri defensione, tum pro vefra etiam cōsolatione, ad perpetuam memoriam tam insolentis siue stulticę siue malicie quam Zuinglius ausus est, nomini vestro nuncupatim dedicare volui. In quibus omissis rationib; illis, quas sentētarij (qui in canonem ante nos scripserunt) plurimas afferunt, auctoritate potius, tum scripture, tum patrum orthodoxorū rem agere placuit. Primit̄ q̄ aduersarius noster (postquam rationem semel omnem exuit) rationē prorsus nullam admittit. Deinde quod sacratissimū hoc Missæ mysterium, ex eorū numero est, quę fidem potius firmam quam rationem postulant. Quorumq; ratio certa haud facile dari possit, nisi tradi-

73

tio illa, quam eccl̄ia ab Apostolis, Apostoli a Christo, quasi  
per manus acceperunt, Teste Origene Homelia. v. super nu-  
meros. Vbi sic ait. Sed & in eccl̄asticis obseruationibus sunt  
non nulla huiusmodi, que omnibus quidem facere necesse est  
nec tamen ratio eorum omnibus patet. Nam q̄, verbi gratia,  
genua flectimus, & ad solam orientis partem orationem fun-  
dimus, non facile cuiquam puto ratione cōpertum. Sed &  
eucharistię siue percipiendę, siue eo rītu quo gerit, explicans  
de, vel eorum que geruntur in baptismo verborū, gestorum:  
interrogationū, ac responsionū, quis facile explicit rationē?  
Et tamen omnia hæc opera & velata portamus super hume-  
ros nostros, cum ita implemus ea ut a magno pontifice (Chri-  
sto scz) & eius filijs, hoc est Apostolis tradita & cōmendata  
suscepimus. Hęc ille.

Vestre igitur erit tum principalis ac innate clemētię, tum  
charitatis fraterne, boni consulere quicquid id est quod ser-  
uus vester Hieronymus vobis offert, eoq; vel correcto, vel in  
totum abiecto, fortiora meditari. Crescit enim eccl̄ia, & diu  
no munere se ipsa semper fortior exurgit, quoties hereticorum  
peruersitate p̄mitur. Fœliciss, valeant Illustrissimę ac Reues-  
rendissimę. V.D. Vna cum venerabili totius sacerdotalis or-  
dinis choro, quorum orationibus sanctis me cōmendatum  
velim, Ex Dresden Misne Idibus Aprilis. Anno a Ch̄ro nato.

M. D. XXIII.

FINIS.

32 Bl.

